



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 3. Eorumdem scriptum contra acceptationem Bullæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

„ad nos convolant, toti in lacrimas  
 „abeunt, & se a nostris Ecclesiis rece-  
 „suros declarant, si hæc Constitutio  
 „ibidem promulgaretur. Non defunt  
 „etiam Viri scientia & dignitate con-  
 „spicui, qui Religionem in problema  
 „per Bullæ acceptationem verti arbi-  
 „trantur. Nobis quoque nil verius,  
 „certiusque esse videtur, nisi quod illa  
 „nunc minus, quam antea, recipi va-  
 „leat, & judicii nostri æquitatem de-  
 „monstrabimus, scripto typis impresso,  
 „quod circa captiosos articulos doctrinæ  
 „& Ecclesiæ paci palam adversos pau-  
 „lopst Eminentiae vestræ consignaturi  
 „sumus. Quoniam vero ad audiendas  
 „Parochorum rationes & querelas nulla  
 „alia magis Canonica via est, quam  
 „Generale tuæ Diæcesis Concilium,  
 „in quo tuarum intentionum rectitudo  
 „Universo Orbi patefiat, hinc rogamus  
 „& obtestamur Eminentiam vestrā,  
 „ut nos omnes in ejusmodi Synodo  
 „congregari, & publicas præmitti ju-  
 „beat preces, quæ nunquam magis,  
 „quam nunc in tanti momenti negotio  
 „necessariæ fuerunt. Interim sumus &c,

Sæc. XVIII.  
A. C. 1727.

### §. III.

*Eorumdem scriptum contra accepta-  
tionem Bullæ.*

D d 5

Hisco

Sæc. XVIII. Hisce literis iidem Parochi adjunge.  
A. C. 1727.

bant scriptum illud, quo se se Constitutionis acceptationi & Noaillii mandamento opposituros minitabantur. Illud tamen nonnisi ineunte Mense Majus submissionem edocti, per præfatos quatuor Parochos Noaillio consignabant. In illo declarare nitebantur, quid tam ipsi, quam omnes ferme Ecclesiastici, & fidelium suorum potissimi circa hanc Constitutionem sentiant: ad id vero se permotos esse jactabant amore erga Ecclesiam, defendendæ veritatis studio, malorum præsentium gravitate, futurorum timore, & exemplo ceterarum Diæcesium. His exaggeratis explicabant dolorem, quo se opprimi fingebant. eoquod ipsorum Archiepiscopus, Pastor omni amore & reverentia longe dignissimus tandem ad acceptandam ejusmodi Bullam inclinare diceretur, per quam tamen ipse in sua Instructione Pastorali sacratum fidei depositum in discrimen adduci, omnesque status moveri & turbari demonstrasset. „Noane, prosequebantur „illi, hæc Bulla hodie adhuc est ea- „dem, quæ fuit antea? majora sunt „mala, quæ postmodum timemus, „quam quæ nunc toleramus: Quid non „metuendum est acceptatione ejusmodi „Bullæ, quæ in naturali, simplici, &

„ob-

Sæc.XVIII.

A.C. 1727.

„obvio sensu præcipua Religionis capita  
„evertit, & veritatis hostibus arma  
„suppeditat, quibus hujus Bullæ aucto-  
„ritate suffulti sistema horrendis errori-  
„bus turgidum intrudere possent.,  
Postmodum rationes, quæ acceptatio-  
nem persuadent, diluere moliti septem  
aut octo propositiones per Bullam con-  
demnatas examinabant, atque ostendebant, Christianas veritates alio longe  
modo, quam hactenus, fore prædi-  
candas, si hæc Bullæ tanquam fidei  
Regula reciperetur: „Bulla, inquie-  
„bant ipsi, decretum, aut Concilii Ca-  
„non non sunt objectum fidei nostræ,  
„media duntaxat sunt, quibus Ecclesia  
„utitur, ut nobis fidei objectum propo-  
„nat. Ad Ecclesiam spectat fidelibus  
„credenda proponere, & id efficit per  
„sua decreta, objectum autem fidei de-  
„bet esse revelatum, & hoc non nisi  
„per Verbum Dei. In vanum ergo  
„jactitatur unionem esse circa media,  
„si datur dissensio circa finem. Quid  
„juvat unitos esse circa acceptationem  
„Bullæ, si uniti non sunt circa sensum,  
„qui Bullæ attribuitur, seu quod idem  
„est, non datur vera unio circa me-  
„dium, quia hoc medium in diverso  
„sumitur sensu, totaque hæc unio non-  
„nisi in hisce æquivocis consistit verbis:  
*Recipimus Bullam*, cum tamen nullus  
„dice-

**Sæc. XVIII.** „dicere queat, nos omnes eam eodem  
**A. C. 1727.** modo, & cum perfecta unanimitate recipimus quoad ea, quæ sunt objectum dogmaticum: Erit igitur hæc acceptatio non nisi externa, apparenſ, & in verbis hærenſ, reipsa autem manebit vera oppositio, certaque in credendo contrarietas nec unquam hæc Bulla poterit esse medium reunionis in eodem objecto dogmatico; obvius enim illius sensus est Ecclesiæ Doctrinæ periculus, alijs, qui ei attribuitur, est ex quietati, & bonæ fidei contrarius; lax erit reunio, & facta unanimitas. Tandem ita concludebant: „Sacris Canonicis nil magis consonum, nil ad veritatem unitatemque conservandam aptius, ac Ecclesiæ magis honorificum est, quam sub sanctæ hujus Matris patrocinio remanere, & nostras preces pro obtainenda Synodo, utpote quæ contra omnia Ecclesiæ vulnera unicum in præsenti rerum vicissitudine remedium est, iterare; & denique fideles nostros in sanctis Religionis veritatibus, & recta salutis semita deinceps instituere &c.

Porro hoc scriptum Parisinæ Civitatis ac suburbiorum Parochi typis impressum divulgant, quo comperto etiam rurales Parochi atque Ecclesiastici exempli pravitate non minus ac teme-

temerarii ausus impunitate animati e-  
pistolam haud absimilem die septima Sæc.XVIII.  
Junii ad Noaillum transmiserunt. A.C. 1727.

## §. IV.

*Regis indignatio contra hosce  
Parochos.*

Quamprimum hoc Parochorum scri-  
ptum Parisiis pervulgabatur, Fleu-  
rius Cardinalis, ut spurius hic partus  
in cunis suffocaretur, omne studium  
impedit, probe prospiciens, Appel-  
lantium pervicacia per seditiosos ejus-  
modi libellos roborata Regni tranquil-  
litatem indies magis magisque turbari,  
ipsamque Religionem, & sacræ Sedis  
auctoritatem in apertum discrimen ad-  
duci: Eapropter Cardinalis primo que-  
stum ibat ad Noaillum Ducem, a quo  
tamen interpellatus Noaillus Cardi-  
nalis respondit, se haud diffiteri, quod  
Parochi has literas unacum eorum  
scripto ei tradidissent, se vero, cum  
haud ignarus esset, de quo ageretur,  
eos ad alloquium non admisisse, imo  
illud nequidem legisse, sed misse Ab-  
batem Dorsonum Vicarium suum Ge-  
neralem, qui hoc scriptum ab eis re-  
cepisset. Accepto hoc responso Fleu-  
rius ipsem etiam Parochorum epistolam scriptam  
&